

ipse nunquam habuit, nec recepit à Sede Apostolica, alteri date nequit, sicut nec Auditor ipse monitoriales expedire contra non comprehensos in sua commissione, quia potestas Delegati dependet & regulatur à potestate delegantis, *l. 1. & 2. Cod. de apparitor. prescrti amone. lib. 12.* plurimas & mirabiles doctrinas adduximus Nos in tractatu de Regia protectione, 4. part. capitul. 6. per totum, & præcipue à num. 25. & sequentibus.

Qui num. 30. adduximus textum in l. unica, in hæc: *In causarum delegationibus illud, & consuetissimè præcipimus obseruari, ut ita valeant, si ad iurisdictionem pertineat delegantis, quod si quis aliena iurisdictionis causam crediderit delegandam, nec præcepto cognitorum datam, patientia accommodare censemus, &c. Cod. qui pro sua iurisdictione dare, dative poss. Quare monitoriales Auditoris, & citationes earum vigore factæ à Iudicibus monitorialium in partibus, & per Senatam retinendæ, factæ ad Ordinarium cause principalis remissione in prima instantia.*

Inferat ultimo ex conclusionibus superius appositis, ad principium huius capituli, ut in 85. iis casibus, in quibus per mortem eius re integra, contra quem impetratum fuit receptum, dicimus ipso iure resolui commissionem, & expirare iurisdictionem Delegati: quod si interdum Auditor Rotæ (cui commissio remissa fuit) expedierit monitoriales ad citandum principalem expressum in scripto, iste fortè moriatur; non poterunt dictæ monitoriales exequi in eius hæredes, & multò minus, contra hæredem illius qui non venit principaliter, & nominatim expressus in commissione, sed tacite includebatur in clausula generali (Omnèsque alios) quo re integra mortuo, in eius hæredem non citi faciendæ monitorialium prædictarum executio, ut ex cap. significavit, de rescriptis, diximus superius conclusio. 1. à num. 11. & conclus. ultim. à num. 32. & sequentibus.

86. Atque etiam idem Iudex & executor virtute monitorialium nulliter manifestè procedit, postquam Auditoris subdelegantis expiraverit iurisdictione, & fuerit resoluta commissio per mortem conueniendi re integra, aut ipsius subdelegantis, quia per cessum vel decessum delegantis re integra, expirat potestas Delegati, cap. quamvis de officio Delegati in 6. capitulum eodem titulo. l. & quia, ff. de iurisdictione omnium iudicum. Dominus Ioann. del Castillo controuersiarum lib. 2. cap. 19. per totum.

Et magis in his terminis executorem monitorialium, & ac compulsoriam in partes à Romana Curia missorum, ut à fortiori, & per necessariam consequentiam expiret eorum potestas, commissio aut iurisdictione, cessante re integra iurisdictione delegantis, & Romæ existente; Videndus erit Puteus decis. 140. lib. 3. per quem & Nos de Regia protectione 4. part. capitul. 6. num. 39. & à num. 34. Bene fundatur, & quoniam infecta primitiua, infecta censetur deriuata, atque etiam quod resoluta prima causa insecunda, & resolutio iure dantis resolutur ius accipientis ex iuribus vulgaribus & doctrinis.

Quod & fortius probatur ex doctrina Cardi-

nal. Tuschus practicarum conclusion. littera R. conclus. 213. num. 13. Vbi quod & commissio 89 impetrata contra aliquem resolutur, si ille decedat post sibi factam citationem ad certum tempus ante tamen completum terminum.

§. VNICVS.

Commissionem cum clausula (Omnèsque alios) subscriptam manu Sanctissimi obtinens, si insuper aliam non subscriptam impetret, ex qua citauit aliquem aliàs comprehensum sub clausula generali prioris, si sic citatus pro remissione ad Ordinarium in Senatu inisset, an ex priua subscripta excludi queat.

Et nunquid impetrans renuntians secundæ commissioni & citationi, possit prioris virtute nouiter citare, atque remissionem ad Ordinarium per Senatam faciendam euitare.

Et quid si in supplicatione vnus tantum nominetur aduersarius, per Cursores tamen in extentione clausula generalis sit apposita, an sub subscriptione Sanctissimi inclusa intelligatur?

S V M M A R I V M.

Commissionem habens subscriptam manu Sanctissimi cum clausula (omnèsque alios) potest tres vel quatuor, ultra nominatum, citare, num. 1.

Citans aliquem ex commissione non subscripta, an possit obtinere in Senatu ostendens aliam subscriptam, num. 2.

Potestatem duplicem si quis habet, actus à se gestus sustinetur ex valida, num. 3.

Dolo facit qui petit quod statim restitutum est ibidem.

Actum agens videtur cum agere ut utilis, & validus esset, non propter ille illicitus foret, n. 4.

Inhibitionis intimatio, & sententia, seu possessio si eodem die fiant, inhibitiō censetur posterior, ibidem.

Ex duobus factis, de quorum anterioritate non apparet, fingitur præcise qui facit actum valere, ibidem.

Potestatem duplicem habens, si se restringat ad inutilem, non sustinetur actus ex utili, & valida, num. 5.

Ordinariam, & delegatam habens iurisdictionem, si se ad alteram, & inutiliter restringat, processus non sustinetur ex valida, num. 6. & seqq.

Citatio emanata a vigore delegationis, quam Iudex non habet, non sustinetur ex potestate Ordinaria, quam simul habet, num. 7.

Procedere qui potius ex vtriusque potestate, si se restringit ad inualem, processus non sustinetur ex valida, num. 8.

Citatus indifferenter absque restrictione intelligitur citatus tanquam ipse, & tanquam tutor, n. 9.

Sententia lata ex falsa causa expressa, non sustinetur ex vera, qua aderat, num. 10. & 11.

Actus

Actus qui potest fieri uno modo licite, censetur factus eo iure, & persona, qua licite fieri potest, num. 12.

Nisi se restringat ad illicitam potestatem, numer. 13.

Agens ex vna causa, falsa tamen, & inualem, non sustinetur iudicium ex alia vera tunc existente, num. 14.

Impetrans beneficium uno, & inefficaci vacationis modo, non inuatur ex alio vero, etiam tunc existente, num. 15.

Secus si se non restringat impetrans ad vnum vacationis modum, num. 16.

Citatus ex secunda commissione subscripta obtinet in Senatu remissionem Ordinariam, etsi actor in Senatu aliam subscriptam ostendat, n. 17.

Actus gestus indifferenter sustinetur ex ea potestate valida, inualem non obstante, num. 18.

Impetrans postquam citauit ex secunda commissione, an possit illi renuntians ad priorem validam redire, num. 19. & sequentibus.

Commissioni potest impetrans renuntiare re integra, secus post executam citationem, num. 20.

Electio semel facta, sublata est potestas iterum eligendi, num. 21.

Electio semel facta irrevocabilis, & incommutabilis redditur, num. 22.

Data facultate declarandi, aut interpretandi, expirat potestas ex prima declaratione, n. 23.

Facto magis, quam verbis voluntas declaratur, num. 24.

Commissionem impetrans, & comparens coram alio Iudice competente commissioni videtur renuntiare, num. 25.

Secunda commissio impetrata super eodem negotio, an prima videatur renuntiare, numer. 26.

Ad commissionem priorem subscripta potest impetrans redire, etsi ex secunda non subscripta citauerit aduersarium, num. 27.

Commissio non subscripta, & ex ea exetuta citatio sumi nullo ipso iure, num. 28.

Res non definit esse integra ex citatione nulla, num. 29.

Citatione nulla non obstante, potest quis commissioni renuntiare, num. 30.

Preuentio iurisdictionis non causatur ex citatione nulla, aut nulliter expedita, num. 31.

Non citare idem est, vel nulliter citare, n. 32.

Nec ex ea inferitur contumacia, num. 33.

Actus nullus preuentioem iurisdictionis non inducit, num. 34.

Comparens coram Iudice à quo, si fuit reiectus, non renuntiat sua appellationi, n. 35.

Tertius comparens liti inter alios, si non fuit admittus non videtur actus consentire, nec impeditur redire ad aliam viam sibi fauorabilem, num. 36.

Renuntiatio non acceptata non nocet, & potest renuntians pænitere, num. 37.

Cap. licet de procuratoribus, lib. 6. exornatur, n. 38. & seqq.

Electus repudiatur electionem de se factam, potest ante acceptationem sua repudiationis, iterum acceptare, num. 39.

Delegatus repudiatur commissionem, potest ante repudiationis acceptationem, illam acceptare, & valide procedere, num. 40.

Ex actu impugnato nemo potest se inuare, nec fructum consequi, num. 41.

Succumbens in actu impugnato potest in eo se succumbere, num. 42.

Commissioni secunda non subscripta potest impetrans renuntiare, & si ex ea citauerit aduersarium, nulliter tamen, & ad priorem subscriptam redire, num. 43.

Per citationem nullam res non definit esse integra, ideo impetrans potest sua commissioni renuntiare, num. 44.

Electio competens ex testamento est irrevocabilis, ex contractu autem variari semel potest, num. 45.

Electio nulla non impedit variare, & iterum valide eligere, num. 46.

Comparens coram Iudice carente iurisdictione non dicitur renuntiare sua commissioni impetrata, num. 47.

Secunda commissio ad idem impetrata, & ad corroborationem prioris est nulla, & prior valida remanet, num. 48.

Rescriptum secundum super eodem impetratum si nullum est, priori valido non derogat, nec impetrans ei censetur renuntiare, num. 49.

Prius iam competens non censetur impetrans super eo renuntiare, quando non datur incompatibilitas, num. 50.

Abundans cautela non nocet, etsi ea fuerit nulliter adhibita, num. 51.

Clausula (Omnèsque alios) addita per Cursores in extentione commissionis, qua non legitur in supplicatione subscripta per Papam, nihil operatur, num. 52.

Subscriptio non qualificat, nec approbat ea qua non leguntur in supplicatione, num. 53.

Causa rationabilis ad subscribendam non con sideratur in ignotis à Papa comprehensis in clausula (Omnèsque alios) num. 54.

Nisi ipsa causa relata Papa sit vniuersalis omnes complectens, ibid.



X themate huius capituli. 12. alie non contentendæ insurgunt controuersia, quas de facto & habuimus. Et circa primam videtur dicendum, eum, qui semel

impetravit commissionem cum clausula generali (Omnèsque alios) subscriptam manu Sanctissimi, ex qua licite, & iuxta formam Concilij Tridentini, capitul. 21. de reformatione, sessio. 24. potuit tres, vel quatuor vltra in ea expressum conuenire, absque Senatibus Regij impedimento, prout supra à hoc cap. latius comprobauimus, si nihilominus, vel cogitans eam non sufficere contra non nominatos expressè, vel pro maiori firmitate aliam commissionem impetravit, nominando expressè alios, aliàs comprehensos sub clausula generali prioris commissionis, & virtute & secundæ aliquem ex eisdem citant, qui tamen pro remissione Ordinaria faciendâ Senatibus Regium adiicit, ex eo quod fecerit citatus in prima instantia ex commissione secunda non subscripta, posse impetrantem insuper præsentata in Senatu priore commissione subscripta, dictam remissionem euitare, probari videtur ex eo quod habens ad actum duplicem potestatem, si actus gestus nequeat sustineri ex vna inutili; & sustinetur tamen ex vili & valida, ut actus validus reddatur, latè Vant us de nullitatibus sententiar. ex defectu iurisdict. Ordinar. bb 2 Menochius

Menchius de presumptionibus lib. 2. presumpt. 17. per ratam, & alij quamplures statim citandi, sed iste actor impetrans habet duplicem commissionem, alteram validam, vtilem & subscriptam manu Sanctissimi; ergo ex ea sustineri debet. Ita nota, ita vt locus non sit remissioni ad Ordinarium in Senatu postulate, cum re vera conquisitus possit liberè ex subscritpta commissione quodcumque conueniri, & dolo facit qui petit, quod statim restitutus est, ac propterea vt circueius videntur, vim facere iudicem videtur declarandum.

Deinde quia gerens actum, videtur illum 4 gerere, provt licitè & magis t licitè gesserit, & non provt gessisset illicite, seu minus licite, l. merito ff. pro socio, Bart. in l. gerit. 87. num. 20. versicul. a summo primus, & num. 21. ff. de acquirit. hereditat. Surdus de alimentis, tit. 9. quest. 16. sub num. 25. & 16. & consil. 14 num. 12. & consil. 19. num. 28. & sequentibus, Crauetta consil. 22. num. 5. & consil. 25. num. 29. Scaccia de commertis, §. 3. glossa 5. sub num. 95. & in tractatu de re iudicat. glossa 14. quest. 23. num. 40. Ergo impetrans ex commissione subscritpta vtiliori potest se iuare, vt remissio in Senatu euidetur.

Quia in dubio pro actus validitate presumitur late, & optime Giurba decif. 36. à num. 16. provt de sententia & intimatione inhibitionis eodem die peractis, de qua cum de anterioritate non constat, presumitur sententiam prius latam fuisse; Achilles de Grassis decif. 34. alias 263. tit. de appellation. Thesaurus decif. 49. num. 3. Giurba vbi proxime num. 16. Seraphius decif. 1115. num. 1. part. 2. Item si de inhibitionis intimatione, & possessionis traditione appareat eadem die, & non constet de anterioritate; possessio presumitur processisse ad excludenda attentata, ex Doctoris & Rotæ decisionibus mox citandis.

Item si commissio sit impetrata eadem die, qua sententia est lata, presumitur illam processisse, Scaccia de appellationib. quest. 3. & 4. quia ex duobus factis, de quorum anterioritate non apparet; semper fingitur procedere, quod facit actum valere, ex Bartol. in l. non solum, §. sed vt probari, ff. de noui operis nuntiat. Vantius de nullitat. sentent. tit. quid sit null. n. 26. Anna singular. 670. & 671. Menochius de presumption. 13. & lib. 6. de presumption. 7. Franchis de cision. 594. num. 8. & decif. 649. num. 9. 10. & 11. Giurba decif. 36. num. 18. Antouius Gomez in l. 42. Tauri, num. 3. & 4. Molina lib. 2. capitul. 7. num. 51. apud quos de variis exemplis huius doctrine videbis, præcipuè apud Vantium, & Menochium, Alexander Ludouic. decif. 232. num. 7. & ibi Beltramin. num. 11. Mantica de cision. 352. num. 11. Lancelotus de attentatis 2. part. cap. 10. declarat. 2. Mandosius de inhibitione, quest. 81. Qui restatur de regula generali, quod actus gestus eadem die execute inhibitionis presumatur gestus ante inhibitionem, & illam processisse.

Item etiam si possessio fuit capta eadem die qua fuit præsentata inhibito, & non constet de anterioritate; possessio prius capta presumitur, & postea subscritpta inhibito, Seraphim. decif. 1115. num. 1. Caputaquensis decif. 211. num. 4. part. 2. Lancelotus de attentatis part. 1. in præfation. num. 130. & part. 2. capitul. 2. decla-

ration. 2. num. 1. Rota Recent. decif. 487. sub num. 2. part. 2. & in Aquilana Capellan. coram Pennia, penes Marquesanum de commissionib. part. 1. fol. 369. num. 3. Ludouicus Post. de manutention. obseruat. 48. num. 33. Farinacius decif. 487. tom. 2. fol. 469. Igitur videtur dicendum, quod citatio, ex commissione secunda non subscritpta, & idcirco inualida, sit in Senatu deneganda remissio causæ ad Ordinarium à se petita, stante commissione priori valida & subscritpta, de qua in Senatu per impetrantem docetur, & constat.

Contrarium tamen de iure verius est, imò quod conuentus, & citatus ex commissione secunda non subscritpta omnino debeat in Senatu remissionem Ordinario obtinere, non obstant prioris vtili, & solemniter expedita. Quoniam is qui habet duplicem potestatem, si actum faciens restringat se ad vnam, inualidam tamen, & non vtilem ad actum, non sustinetur actus ex valida, & vtili, Calderinus cons. 1. de accusationibus, Anchartan. consil. 357. declarat, & Cassiodorus decif. 7. num. 7. de appellationibus, Capitius decif. 96. in causa. num. 9. post Marianum Socium capitul. 2. articul. 13. de libelli oblatione, Vantius de nullitatibus ex defectu iurisdiction. ordinari. sub num. 174. versicul. Quamuis dicta clausula, Menochius de presumptionib. lib. 2. dist. de presumption. 17. à num. 2. Caldas Perena in tractatu de emptione & venditione capitul. 3. à num. 12. ibi: Hinc etiam resoluitur, verum esse, quod scribit Glossa singularis in cap. 6. ex litteris, de officio Delegati: esserens processum esse nullum, quem Ordinarius tanquam Delegatus agitauerit, cum Delegatus non esset, nisi vti Ordinarius potuisset procedere, quod Panormitanus ibidem censuit causari ex defectu voluntatis, qui se adstringit ad delegatam iurisdictionem, Ordinarium repudiari, vt dict. cap. ex parte Astensis, & dict. cap. cum super. Nec vrget, quod Ordinarius non potest à se abdicare iurisdictionem Ordinarium, vt in l. Legatus, ff. de officio Proconsul. quoniam etiam hoc casu non abdicauit, sed potius noluit procedere, vt Index Ordinarius, quod potuit facere, vt in l. sed & si feruum, §. final. cum l. sequent. ff. de arbitris, & ita respondit Ioannes de Lignano de censura Ecclesiastica, quem sequitur Felinus in capitul. cum ex officio, de prescriptionibus, &c.

Et hæc est doctrina verissima pluries Canonizata t per Rotam, vt in vna Tridentin. beneficij del Rosal. 12. Decembris 1594. coram D. Penna, quam ad litteram adducit Nicolaus Gacia de benefic. 6. part. capitul. 2. num. 17. quæ ante finem, ita ait: Præterea nec decretum citationis poterat sustineri vigore Ordinaria iurisdictionis, quia cum processisset tanquam Delegatus se restrinxit; facit enim actum tanquam Index Apostolicus vigore litterarum, & ideo nulliter processit ex prædictis, Hostiens. Imola, Abbas & alij in cap. cum ex officio, vbi Felinus num. 25. versicul. Quarta conclusio, de prescriptionibus. Nam qui potest procedere t ex potestate valida, & procedit ex potestate inualida, ad quam se conuertit, nulliter procedit, Puteus decif. 583. num. 3. lib. 2. Romanus consil. 343. num. 5. &c. Facit decif. 415. Seraphim à num. 1. ibi: Hæc obiectio non placuit, quia reuera ipse erat tutor, & administrator cum t amplissima potestate à 9 consuetudinibus ei tributa; quare cum citatio non fuerit

fuerit restricta ad eum tanquam principalem tantum, & exclusiue respectu facultatis, qua ei vtiliori competebar: sustinetur actus, ex capite, ex quo sustineri potest ad Concil. Roman. 446. & 447. Iason. in l. exigenda, num. 7. & 9. Cod. de procurator. &c. Facit etiam Alexander Ludouicus decif. 2. vbi dicit, t quod sententia Nuntij sit nulla, eò quod lata fuit motus, quod licet Papa erant attentata, tanquam litpendente impetrata, cum sit causa falla, & inutilis, quia Papa non attat, & ex ea reuocat possessionem, licet alias eam possit vt attentatam reuocare, nihilominus sententia non sustinetur, quia & restrinxit ad causam inutilem, & inualidam.

Et melius facit in proposito ipse Alexander Ludouicus in decif. 204. à num. 16. ibi: Facit quod dicitur de habente potestatem t Ordinariam, & Delegatam, vt censetur processisse ea potestate, secundum quam actus valet, Abbas in dict. cap. cum officio, num. 31. & sequentibus de prescriptionibus, vbi Felinus sub num. 32. versicul. Amplia seruo id, Alciatus dist. de presumption. num. 5. Actus enim, qui potest fieri t vno modo licite, & alio illicite, censetur factus eo nomine, & sub ea persona, & iure, quo licite fieri potuit, Ateneus consil. 23. num. 10. in fin. Curtius Iunior, consil. 20. num. 7. versicul. Et ad hoc optime conuenit, quod sine difficultate protrahitur, quia dicitur Virginia non se restrinxit t ad facultatem Arbitri incompetentem, Paulus de Calto consil. 84. sub num. 4. versicul. Sed ad hoc respondetur, lib. 1. Aymon. consil. 284. sub num. 5. versicul. Quicquid respondeo, &c. Et Oliuierus Beltraminus in annotationib. ibidem numer. 31. alias Rotæ decisiones adducit concordantes.

Quapropter cum impetrans potuisset citare reum aliis comprehensum sub clausula generali (Omnesque alios) contenta in prima commissione subscritpta, quæ ideo valide impetrata, & non citauit, sed ex secunda inutili, & inualida, quæ non tribuit iurisdictionem, ad quam se expressè restrinxit, sequitur, quod nullo modo in Senatu possit ex ea citare remissionem ad Ordinarium petitam, ex supra dictis.

Facit deinde, quod si quis agat ex t vna causa, falla tamen & inualida, non sustinetur iudicium ex alia vera, etiam eo tempore existente, quando se restrinxit ad inualidam, & inutilem, vt post plurimos probauimus supra hoc tractatu de supplicatione ad Sanctissim. 1. part. cap. 12. num. 3. Cui consonat, quod si quis impetravit beneficium vno expresso vacationis modo, si lite sit inualidus, & inefficax, non sustinetur gratia ex alio valido & vtili tunc existente, cum se restrinxerit impetrans ad inutilem, & inualidum; plurimos Doctores & doctrias ad idem congestimus in tractatu de Regia protectione, 3. part. capitul. 10. num. 45. vsque ad numerum 50. inclusiue; adde Nicolaum Garciam de beneficis 11. part. capitul. 1. à num. 8. Secus si impetrans t non restrinxit ad vnam causam, & vacationis modum, sed simpliciter, & genericè vacationem naturaerit, quam plures Doctores obseruant laudati ab eodem Gacia ibidem à num. 21. & sequentibus; & Augustinus Barbosa nouissime in tractatu

de iure Ecclesiastico lib. 3. capitul. 14. à numer. 76.

Ex quibus indubiè concludendum est in hoc priori articulo; t citandam ex secunda commissione non subscritpta omnino obtinere in Senatu causæ remissionem ad suum Ordinarium, etiamsi in Senatu impetrans ostendat priorem commissionem subscritptam manu Sanctissimi, sub cuius clausula generali reus citatus poterat comprehendi, & conueniri, cum ea vltus non fuerit actor contra illum, nec huius virtute eum citauit, nec litem mouit.

Ad argumenta in contrarium adducta ad principium t huius §. facile respondebis, ex cisdem Doctoribus ibidem citatis, vt procedant quando habens duplicem potestatem actum gessit simpliciter, abique eo, quod se restringat ad inutilem, vt tunc sustineatur actus ex valida, & magis vtili, vt hæctenus latius probauimus.

Quoad secundam autem §. partem (quæ indubiè longè difficilior est) an scilicet impetrans t postquam vltus est secunda commissione in vtili, ex defectu subscritptionis propriæ manus Sanctissimi, eius virtute reum citando, possit illi renuntians ex priori denud agere, & citare remissionem cum appareat subscritpta, continens clausulam generalem, sub qua includitur isletem reus.

Pro parte negatiua plura vrgent. Primum, quia licet t impetrans re integra, hoc est antequam vteretur commissione, potuisset renuntiare, & commissioni impetratæ liberè renuntiare; tamen postquam ea vltus est, citando illius virtute aduersarium suum, effecta fuit communis, & aduersarius suo ius, quæritum ex ea, ac propterea iam eo innito illi nequit impetrans renuntiare, nec ab ea desistere; probant plures Doctores, & Rotæ decisiones adductæ infra hac 2. p. cap. 19. à num. 26. cum sequentibus. Ergo huic secundæ commissione, cuius virtute aduersarius fuit citatus, renuntiare nequit impetrans, & ad priorem redire.

Secundo facit, quia licet impetrans à principio haberet t facultatem ea vtendi commissione qua malouisset; tamen ex quo semel elegit secundam, ex eaque citauit aduersarium suum, iam cessant facultas ad priorem redeundi, l. similiter, §. fin. ff. quod mutuo causa, cap. cum omnes circa finem de constitutionibus, Suidus consil. 377. num. 3. Farinacius in praxi crimin. part. 7. quest. 175. num. 199. Marius Antonius variarum resolution. 17. num. 8. Surdus decif. 4. num. 72. quia quod semel placuit amplius displicere non potest.

Electio enim semel facta expirat potestas iterum eligendi, t & redditur irrevocabilis, & incommutabilis, late Molina de primogeniis, lib. 2. cap. 4. à num. 3. cum sequentibus, latissime Christophorus de Paz in tractat. de senatus, cap. 34. à num. 48. cum multis sequentibus, vbi pulchra iura allegat, & Doctores, late etiam Castillo controuersion. 5. cap. 80. à num. 18. cum sequentibus.

Sicuti quando alicui competit, vel data fuit facultas declarandi, t vel interpretandi, semel t à se facta declaratione, vel interpretatione, expirauit potestas iterum declarandi, aut interpretandi, cum prima perpetuam consequuta

facit firmitatem irrevocabilem, Glossa celebris in l. quidquid adstringendo, verbo, Secunda promissionem, verbo, Nec rursus, ff. de verborum obligationibus, ubi Paul. Caltrent. num. 7. cui subscribunt Alexand. Cuman. Imola, & Aretin. in eodem textu: ac melius Iasson. in n. 8. vsque ad numerum 11. Simon de Præcis lib. 1. de interpretatione ultimarum voluntatum. interpretatione 1. dubio 5. num. 1. & 2. fol. 64. Mandelus de Alua conf. 592. num. 3. & per solum Præcis loco citato, solution. 7. idem tenet Castillo controversiarum, tom. 6. capitul. 84. num. 5. Igitur facta declaratione per impetratam, se velle vti secunda commissione, non poterit iterum variare, nec priori vti.

24 Quia voluntas magis facta, quam verbis declaratur, plures tamen congerit Augustinus Barbosa axiomat. 230. à num. 4. Et ex facto magis deducitur renuntiatio, aut ratificatio, quam ex verbis; plurima ipse, axiomat. 93. à num. 6. cum sequentibus.

25 Tertio fortiter urget, quoniam impetrans tunc ex quo comparitur coram Iudice secunda commissio, qui prævenit causam, & ex ea citavit, à prima commissione, qua non fuerit usus; recedere videtur, & iurisdicção ex ea subblata, iuxta Rotæ decisiones adductas sup. hac 2. part. cap. 19. à num. 42. & seqq.

26 Quarto, quia per impetrationem secundæ commissio super eodem negotio, priori videtur renuntiata, iuxta doctrinas per Thomam Sanchez de matrimonio, lib. 8. dist. 22. à num. 16. tom. 3. fol. 637. Quapropter iste impetrans neutra potest iurari, non prima, quia renuntiata, non secunda, quia inutilis ex defectu formæ subscriptionis, obstant decreto irritati Concilij Tridentini, sessio. 24. de reformatione, capitul. 20. iuxta text. in l. licet 20. ff. de adimendis legatis, ibi: Licet transferam legatum in eum, cum quo nobis testamenti factio non est, sine in seruum proprium, cui sine libertate legauero, licet eis non debeatur, nec illi tamen debetur, cui fuerit ademptum.

27 Quibus tamen minimè t obstantibus; contrarium de iure verius existimo, imò quòd impetrans liberè possit secundæ commissione renuntiare, & citationi eius virtute factæ, & executæ, & iterum ad priorem subscripam redire, & huius virtute denuò agere contra eundem reum alias comprehensum in clausula generali (Omnesque alios) in eadem contenta, moueor ex sequentibus.

28 Primum quoniam secunda t commissio non subscripta fuit nulla, ita vt nec ea aduersaria fuit iurisdicção Iudici Delegato, & per consequens citatio eius virtute emanata, & executata, pariter nulla fuit ex defectu notorio iurisdicção, vt sæpe diximus in capitibus antecedentibus huius 2. part. & ferè in omnibus, & per citationem nullam res non definit esse integra, t nec dicitur lis introducta, proptèr abandè scriptum hac 2. part. cap. 12. à num. 66. cum multis sequentibus; ubi plures mirabiles doctrinas congestimus; ergo cum adhuc res dicatur integra, poterit impetrans liberè pænitere, & suæ commissione secundæ renuntiare inuito aduersario, iuxta communem Doctorum opinionem, quos citauimus remissiuè in primo argumento pro contraria parte, à num. 20.

Et insuper plurima congerit Lancelotus de attentatis. 2. part. cap. 4. in præfatione à num. 42. cum sequentibus; vt liti capta ex citatione nulla, vel aliàs nulliter expedita, aut exequuta possit quis renuntiare, & commissione ex qua emanauit, plures adducens ad idem Rotæ decisiones, quia non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum, ed quòd res adhuc dicitur integra, ex quibus respondetur primo argumento.

31 Quibus & adde, quòd ex citatione nulla altere nulliter expedita & exequuta, non oritur præuentio iurisdicção, vt per Barbosam in l. si quis postea quam à num. 50. & sequentibus, ff. de iudiciis, & ibi Anonimus num. 4. 6. 7. & 11. Mascardus de probationibus, conclusio. 1226. à num. 16. Azebedus in l. 10. num. 52. nr. 13. lib. 8. Recopilation. Fatimachus quest. 7. num. 61. Decianus lib. 4. crimin. capitul. 21. num. 4. & 19. Marius Giurba consil. 48. à num. 35. & consil. 15. num. 6. siue citatio prætermilla sit peritus, siue t minus legitime facta sit, l. 1. item cum ex edito, ff. que sententia sine appellacione. Afinius in præxi, §. 6. capitul. 12. num. 5. & cap. 13. num. 1. Vantius de nullitatibus ex defectu citation. num. 1. & 11. Sforti, consil. 72. num. 2. 3. & 4. Salicetus consil. 23. num. 23. Gramaticus consil. 37. num. 4. & decisio. 79. num. 10. Anton. Gabriel. practicarum conclusio. titul. de citation. conclusio. 3. à num. 1. Nec ex ea t inducitur contumacia, Giurba consil. 67. num. 8. ubi plures.

34 Generaliter enim vera est t conclusio, quòd actus nullus, qui de iure effectum sortiri non potest, præuentionem iurisdicção non inducat, Glossa in l. 1. verb. Per nuntiationem & verbo, Eatenus, ff. de nomi operis nuntiation. Anonin. in l. si quis posteaquam, num. 2. ff. de iudiciis, Oldradus consil. 213. Botrellus in summa decisio. titul. 41. num. 147. Tepatus variarum lib. 1. titul. de causis mixtis, columna 2. Fatimachus dist. quest. 7. num. 61. Balbus decisio. 71. Azebedus in dist. leg. 10. num. 53. titul. 13. lib. 8. Anton. Gabriel. titul. de iudiciis, conclusio. 1. num. 34. Giurba consil. 48. num. 35. Igitur nihil impedit, quominus impetrans commissione, & citationi nulliter expeditis valeat renuntiare inuito aduersario, & ad priorem redire vtilem, quia res non definit esse integra.

35 Secundò probatur hæc pars, quia secunda commissio t vti nulla semper fuit impugnata ab aduersario, & nunquam acceptata, igitur interim nec inducitur renuntiatio prioris, nec impeditur impetrans renuntiare secundæ, Scaccia de appellacion. quest. 17. limitat. 2. num. 51. Barbosa in cap. sollicitudinem, sub num. 3. de appellacionibus; dicentes, quòd per comparitionem appellantis coram Iudice à quo non oritur renuntiatio suæ appellacionis, si fuit reiectus & non admissus, & cum Abbate, & alios in cap. gratum, de officio Delegati, Roman. singularib. 151. & aliis citatis à Palat. Rubens in cap. per vestra, column. 405. hodie 4. nota, num. 41. pagin. 514. Franchus in dist. capitul. sollicitudinem, num. 12. Decius in cap. gratum, num. 4. versicul. Tertio limitat. de appellacionibus, Felinus in cap. capitulum, Sancta Crucis,

Crucis, num. 8. de rescriptis, Mieres de maioratu 1. part. quest. 68. num. 40.

36 Comprobat decisio Rotæ inter recollectas per Marchelanum de commissio. 2. part. cap. 6. de commissione, quando certus ad caus. admit. §. verò, fol. 252. Quis inseruit ad finem eisdem cap. qua dicitur, quòd licet certus pro suo iure comparens in lite inter alios pendente queat dupliciter comparere, vel vt secum lis incipiatur tendendò, vel vt in eodem statu admittatur, & hoc casu sibi nocent, & profunt acta iam gesta, iuxta quæ Nos hac 2. part. cap. 13. à num. 62. cum multis sequentibus. Tamen vt censetur contentare actis gestis, & renuntiare vite priori sibi fauorabili, debet expressè seu explicitè admitti, si tamen fuit reiectus, potest ad illam redire, & sibi acta gesta non nocent, ex doctrina Bartoli in l. sepe, num. 5. 8. & 9. ff. de re iudicata, & aliis quos referens sequitur Couarr. practice. quest. cap. 15. num. 3. versic. Scribet tamen, Bartol. Cicerentius decis. 68. aliàs 3. de rescriptis, & tenuisse Rotam in vna Legionens. iurisdicção. 3. Maj 1591. coram Lamphilio, ibidem relata.

37 Hinc renuntiatio non acceptata nullatenus nocet, t ante acceptationem potest renuntians pænitere, laicè Riccius collectan. 1479. part. 5. latissime Thomas Sanchez de matrimonio, lib. 8. disputat. 32. à principio, tom. 3. ubi plura exempla conuocit, pro quo est textus celebris in cap. licetis de procurator. in 6. ibi:

38 Licet is, qui procurator t constituitur ab absente, dixerit, presentatum sibi suscipere nolle mandatum: hoc tamen nequaquam obstantè, quando constitutus in eadem præsente voluntate, ipsam acceptare poterit, quandoque placuerit; per quem text. glossa fin. ibi. Ioann. Andræas, Archidiaconus, Dominicus, & Franchus, ibi in fin. Anebarhan. ad finem, & oppositio. penultima, dicunt, electum renuentem consentire

39 t electioni de se factæ, posse mutata voluntate, acceptare eandem, & reuocare repudiationem, dum electores permanent in sua voluntate, & non acceptauere repudiationem; plures etiam doctrinas similes congerit Gratianus disceptation. forens. capitul. 92. à num. 32. cum sequentibus. Quod & idem dicendum de Iudice Delegato, & Arbitro, qui semel commissione, & arbitrium repudiarunt, vt possint re integra ante repudiationis acceptationem iterum reuocata voluntate, commissionem acceptare, docent dicta glossa & citati Doctores, Thomas Sanchez dist. disputat. 32. num. 2. ubi adducit alia similia. Et de Delegato semel repudiante commissionem idem affirmat Nicolaus Garcia de beneficiis 6. part. capitul. 2. à num. 88. & Nos hac 2. part. cap. fin. num. 102. & 103. quod & probatur ex l. sicut, §. si voluntate, ff. quibus modis pignus, vel hypoth. & confesso antel partis acceptationem potest validè reuocari, Martecotus variarum resolution. lib. 2. capitul. 44. per totum. Igitur si non solum usus secundæ commissione non fuit per aduersarium acceptatus, sed imò expressè & instantè impugnans; liberè poterit impetrans renuntiare, & pænitere.

40 Nec reus citatus potest hoc impedire, quia cum semper t impugnauerit, & nullam dixerit secundam commissionem ex defectu formæ, & citationem ex ea emanatam, non potest ex

actu semel impugnato se inuare, & fructum consequi l. dispensationem, ff. de plurimionibus, Menochius conf. 395. num. 89. Surdus consil. 136. num. 29. & sequentibus, & consil. 157. num. 10. Sanchez de matrimonio, disp. 6. num. 9. lib. 9. Rota vt per Fatinac. decis. 636. num. 8. tom. 2. part. 1. & decis. 596. num. 5. ibidem Martecotus variarum resolution. lib. 1. cap. 4. ampliat. 4. per totam, amplissime per ampliationes, & limitationes, Antonius Gabriel. tit. de regulis iuris, conclus. 1. per totam.

41 Nisi impugnans actum succubuerit in eo, quia tunc bene potest in actu t semel impugnato se fundare, Innocent. in cap. cum olim, vers. Post sententiam, & ibi Anton. de Burrio, vers. Quando reprobandi instrumentum, Bartol. in l. post legatum, de iis quibus vt indignis, Caltrentis in l. cum proponas. 2. Cod. de pactis, Angelus in l. qui Rome, §. sua. ff. de verborum obligationibus, ubi Imola, & Alexander. 1. nota. Franchus in cap. final. vers. Secundò contrarium facit, de iure iurand. in 6. Decius in l. cum fundus, §. seruum, ff. si certum petatur, Crotus in cap. 1. in glossa 2. de rescriptis in 6. Felinus in cap. examinata, versicul. Aduerte. de iudiciis, Roman. consil. 347 in 2. dubio, Aymon. de antiquis tempor. in 1. parte, num. 126. Iasson. in dist. l. qui Roma, §. sua in 1. notab. Ruinus consil. 166. volumin. 4. Anton. Gabriel. dist. conclus. 1. num. 52. & post plures Rotæ decisiones idem firmat Martecotus variarum resolution. lib. 1. dicto capitul. 41. à num. 61. & sequentibus, ubi etiam Mariam Giurbam decis. 55. num. 11. & num. 14. apud quos de limitationibus.

42 Concludendum igitur erit ex prædictis, posse impetratam t secundæ inuolida, & inutili commissione renuntiare, et si ea vltus fuerit, & citauerit aduersarium conueniendum, cum pariter, & inde citatio nulliter emanauerit, & ad priorem commissionem validè, & solemniter expeditam redire, & eius virtute nouiter agere, & conuenire eundem reum comprehensum sub clausula generali (Omnesque alios) ita vt si iterum inter in Senatu pro remissione causæ ad Ordinarium suum, minimè audietur; sed litteræ commissione relaxandæ sunt impetranti, vt eisdem liberè vti queat coram Delegato.

43 Non igitur obstant argumenta in contrarium adducta; t non primum, cui iam satisfecimus in primo fundamento huius partis à n. 20. nam cum ex citatione nulla res non definit esse integra, non impeditur impetrans secundæ commissione renuntiare inuito aduersario, cui nec facta fuit communis, nec ius questum.

44 Nec obstat 2. à num. 21. de habente facultatem eligendi, aut nominandi, vt nequeat variare, cui responderet, hoc non procedere absolute, sed fædere distinctionis communiter receptæ, & iuris comprobate; quòd si electionis facultas competit ex testamento, aut vltima voluntate, semel electione facta, expirat potestas. At fecus si ex contractu competat, quia tunc semel variare potest, & in vtroque tamen casu si facultas competat collata in tempus mortis eligentis, tunc vsque ad mortem potest variare, probant latissime Molina, Christophorus de Paz, & Castillo post magnam Doctorum cateum ab eisdem adductam citati, in dist. 2. fundamento, num. 22.

45 Sed magis in specie respondentur, vt neutro casu

casu expicit facultas nominandi, aut eligendi, quod prima electio fuit nulla, quia tunc iterum potest variare, & denuo eligere, latè Tirraquell. in l. bonae, §. hoc sermone in l. limitation. à num. 1. cum pluribus sequentibus, vsque ad fin. Molina de primogeniis, lib. 2. cap. 4. à num. 38. qui plura iura Canonica, & Ciuilia ponderant, quam plures etiam Doctores congerit Christophor. de Paz de reueta, capit. 34. à num. 51. & ex hac Tirraquell. & Molinæ doctrina, nec non ex Morla in empario iuris, tit. 2. de iurisdictione, quest. 17. num. 26. & ex l. 2. ff. de optione legata, & cap. si electio de electione in 6. dicit Marius Giurba in consil. 35. num. 25. quod actus nullus non consumit Iudicis iurisdictionem, nec potestatem alterius, qui actum explicare debet.

Pariformiter responderetur tertio argumento, quod veram esse doctrinam, si iurisdictione secundi Iudicis ex secunda commissione inualida ob defectum subscriptionis fuisse eidem quaesita, & illam posse exercere: at cum secus sit, & totus suus processus ex hoc defectu iurisdictionis nullus reddatur ipso iure, non præstat impedimentum, nec aliquem iuris effectum potest operari, iuxta que Nos latè de Regia procel. 3. p. cap. 9. à princip. & que hæcenus diximus à num. 27. & sequentibus. Et supponunt expressè decisiones in argumento relatæ: sicut etiam dicimus de remissione causæ facta per Iudicem appellatorem Iudici inferiori, quæ non prodest, si inferior habitu, & potentia caret iurisdictione, vt diximus ex aliis in tractatu de Regia procel. 3. p. cap. 18. à num. 51. & seq.

Ad quartum responderetur multipliciter. Primo, quod iste impetrans secundam commissionem, eam potius impetravit ad prioris corroborationem, & ad tollendum dubium suum erroneum, quo casu omnes conveniunt, primo valere, & remanere in suo robore, secunda nihil operante, quia nulla fuit, quia ad idem impetrata. Et tantum abest, quod impetrans intendat priori renuntiare, vt potius eam confirmare intendit per secundam magis specificam, prout docent Innocent. in cap. penultim. num. 5. de prescriptionibus, & ibi Hostiens. n. 12. in init. Ioan. Andree num. 16. Bald. num. 13. Bel-lameta num. 6. Thomas Sanchez de matrimonio, lib. 8. disp. 22. num. 15. & num. 16.

Requiritur tamen quod primæ ad eandem causam à se impetratæ commissionis faciat in secunda impetratione mentionem, vt per notata ab omnibus in cap. ceterum, de rescriptis, probat Menochius de arbitrariis lib. 2. centur. 3. casu 202. num. 64. & 62. reddens rationem, quia fortè Princeps ignarus iam concessisse aliud rescriptum, nouum non concederet, sed diceret, sufficere tibi gratia prima iusta, cap. secundam de filiis presbiterorum, vide Thomam Sanchez ubi proximè à num. 6. cum multis sequentibus.

Secundo responderetur, quod cum secundam istud rescriptum sit nullum ex defectu forme subscriptionis proprie manus Sanctissimi; priori nequit derogare, nec illius inducere renuntiationem, Sanchez dicta disputat. 22. à num. 17. & in num. 18. ita ait: Sed magis placere valere ad huc priorem dispensationem; quia cum posterior non valeat, minime derogat priori, nec animi impetrantis censetur esse renuntiandi priori,

nisi quatenus posterior valida est, vt probatur in l. si iure 18. ff. de legatis 3. ibi: Sed vis id obtinere potest, fortassis idè quod ita demum à priori restamento recedere velit, si posterior validum sit, &c.

Quod generaliter verum est, & procedit in omni actu, & materia, vt per actum subsequentem, qui nullus est, namquam tollatur præcedens validus, vt per l. sancimus, Cod. de testamento. l. si quis ante, §. si quis conduxerit, ff. de acquirenda possessione. vbi notat Bartol. Iason. num. 13. Socinus num. 13. Alexander. num. 8. & in consil. 193. num. 3. volumin. Menoch. consil. 381. & num. 40. copiosè Petr. Sured. de cis. 51. Gratianus disceptation. 36. num. 55. Colla de scientia & ignor. centur. 2. dist. 89. num. 10. Giurba decis. 63. num. 1. Qui loquitur in conductore, qui rem emit, vel sibi fuit adindicata, vt si emptio, aut adindicatio est nulla, non admittit suam conductionem antecedentem, & per l. fin. & l. nonationem, ff. de nouatio. Alexand. in dict. consil. 193. num. 4. Bellonius consil. 87. num. 15. Gratus consil. 123. n. 17. volumin. 2. Purpurat. in l. pacta nouissima, n. 14. C. de pactis, Menoch. lib. 3. presump. 134. num. 45. Cavalcan. decisio. 18. num. 11. part. 4. Bardell. consil. 70. num. 18. dicentes, quod si secundus contractus, per quem contrahentes voluerunt nouare primum, & ab eo recedere, sit inualidus, non censetur à primo recedere; idem tenet Giurba dict. decis. 63. sub num. 1. Gaspar Rodriguez de annis reditibus, lib. 2. quest. 16. num. 58. 60. & 61. per quem solum idem tenet Castiljo controuersiar. lib. 4. capit. 59. num. 48.

Tertio responderetur, quod tunc iam competentis parti impetranti censetur per impetrationem renuntiare: quando datur incompatibilitas, & contrarietas in vtroque, quando compatiuntur, vt hic, quia attendunt ad eundem finem, & maiorem corroboracionem sui iuris hæc duo rescripta, prout latissime videre est per D. Ioannem de Solorzano de iure Indiarum, lib. 5. cap. 1. à num. 53. cum multis sequentibus.

Abundans enim cautela non nocet, etiam ipsa sit nulla, & aut nulliter & minus legitime, aut solemniter adhibita, latissime Augustinus Barbosa, varia reddens exempla, axiomate 3. per totam, vbi plura congerit, nec ordinata ad augmentum debent operari diminutionem.

Quoad tertiam partem nostri, §. breuiter resolucendum erit, & tenendum, quod si in supplicatione oblata Sanctissimo non sit petita commissio, nisi contra vnum, subscriptio apposita per Papam in ipsa supplicatione non potest comprehendere alios in ea non expressos. Tum quia Cursores in extensione litterarum nequeunt supplere, & extendere supplicationem, vt latè per Rotæ decisiones, & Doctores diximus hac 2. part. cap. 30. §. 1. à num. 3.

Tum etiam, quia subscriptio non qualificat, nec approbat que in supplicatione non legitur, & vt copiosè deduximus in dict. §. 1. à num. 11. cum multis seqq. Tum etiam, quoniam cum ad subscribendam commissionem moueatur Pontifex ex iusta & urgente causa, iuxta Trid. in cap. 20. sess. 24. de reformat. Et comprehensio sub clausula generali (Omnesque alios) non sint noti Pontifici; sequitur, quod nec causa contra illos

illos fuit Papæ exhibita, nec, que fuit reddita contra nominatum, verificatur contra alios incognitos, & non notos, ac propterea minime ipsorum non nominatorum respectu apposita intelligitur consideratissima, vt in hoc cap. latius considerauimus à num. 73. vsque ad finem. Quapropter nihil potest prodesse dicta clausula generalis (Omnesque alios) que in supplicatione subscripta propria manu Sanctissimi non legitur, sed per Cursores postmodum in confectione litterarum sit apposita, & extensa, quominus in Senatu horum comprehensorum sub dicta clausula causa Ordinatio remittatur.

Nisi fortè quando & in supplicatione fuit semel petita commissio generaliter contra omnes interesse putantes, & causa rationabilis, que fuit Sanctissimo expellita in supplicatione, quæ & ipse motus fuit ad subscribendam commissionem, & supplicationem propria manu pariter fuisse generalis, influens in omnes, & illos tangens, & complectens, quia tunc indubitur conueniri & i possunt in prima instantia, comprehensio sub clausula generali contenta in commissione subscripta.

CAPVT XIII.

Si coram Iudice appellacionis, seu delegato in prima instantia ex commissione manu propria Sanctissimi subscripta, compareat tertius excludendo, & quid quando coadiuuando; an per Senatum istius sit causa ad Ordinarium remittenda.

Vbi latè quando tertij causa seorsum sit tractanda, ita vt cursum litis inter alios pendens non suspendatur.

Ac etiam quando lis inter plures queat validè pro singulis terminari.

S V M M A R I V M.

Tertij causa comparens coram Delegato, aut Iudice appellacionis, lite inter alios pendente, an sit Ordinarius per Senatum remittenda, à quibus iuris reseruationibus pendeat, num. 1.

Tertius in lite pendente comparet vno ex duobus modis, excludendo principales litigatores, aut alterum coadiuuando, num. 2.

Tertij excludentis persona diuersa est à colligantibus, cuius ius separatim tractatur noua instantia, nouoque iudicio, & diuerso egeat, nec tenetur litem, cui opponitur in eodem statu assumere, num. 3.

Tertius, excludendo litigantes ex commissione, potest impetrare aliam, vt cum eo lis in instantia contra iam litigantes lis noua incipiat, n. 4.

Tertius excludens ad litigantes volens commissionem impetrare, vt cum eo lis in instantia in prima instantia, tenetur hoc in commissione exprimere, num. 5.

Lis noua, & diuersum ab eo, quod in iudicio agitur, non tenetur deducitur, noua indiget cognitione & instantia Ordinaria per Senatum remittenda, num. 6.

Iudex appellacionis caret iurisdictione super nouo,

& diuerso iure, etiam inter easdem partes, non tenetur tamen deducit coram eo, num. 7.

Lis noua, diuersum, & separatim à primo iam deducit cognoscitur, quando rei iudicata super isto non præiudicat illi noniter deducit, n. 8.

Tertij comparens exclusus ius independenter habetur à iure iam litigantium, cui inter istos actus, & res iudicata obiecta non nocent, nec possunt, n. 9. Per tertij ex iustis comparationem non suspenditur prioris litis cursus, sed imo inter priores colligantes proseguitur, & seorsum inter omnes tractatur tertij ius, num. 10.

Tertij ius, & prioris actoris seorsum tractatur, & quis coram prius rem iudicatam obtinet ab altero non impeditur in executione, Reo tamen per primum victorem præiudicata cautione, num. 11.

Que cautio iudicialis fingit rem stare penes reum victum, ibidem.

Tertius in l. i. a quo rei vendit. & l. penult. ff. de petition. hered. in proposito adducuntur, ibid. Baldi opinio asserens per tertij exclusus comparationem suspendi cursum litis ad prioris actoris petitionem, referunt, num. 12.

Couarru. contra Baldum, vbi momento suspendi prioris litis cursum per tertij comparationem asserens, defenditur, num. 13. & seqq.

Vincen. de Franch. salatur opinionem Couarr. & verum reseruit intellectum contra alios ad l. i. a quo, ff. de rei vendicatione num. 14.

In Regio collateralis Concilio decisum ex opinione Couarru. contra Fiscum, se vt tertium opponentem, exclusus ad colligantes, & petentem suspendi eorum litis cursum, num. 15.

Litis cursum non suspendi, nec eius diffinitionem per oppositionem tertij, exclusus comparentis Rota determinauit, num. 16.

Tertius non possidens, comparens pro suo interesse, non impedit expeditionem litis, nec executionem sententia, cum sua non interesse, vt litigiosam magis esse penes vnum, quam alterum, num. 17.

Doctores plures tenentes cursum litis non suspendi, nec determinationem per comparationem tertij exclusus referuntur, num. 18.

Tertio comparente exclusus post rem iudicatam, & in eius executione perueniente, reo non prestatur cautio, de qua in l. i. a quo de rei vendicatione, secus si ante rem iudicatam comparauerit, num. 19.

Tertius exclusus comparens ne dum litis cursum non impedit, sed multo minus executionem, n. 20.

L. non iudico, ff. de iudicio, disponens litem inter plures ex diuersis iuribus motam, posse quoad quosdam desiniri, & quoad alios diffinitionem suspendi; latè exornatur, num. 21.

Capitula plura ubi sunt diuersa, sententiam super aliquibus latam, aliis omissis, esse validam dixit Rota, num. 22.

Plures quando simul mouent litem, potest respectu vnus ferri sententia, & respectu alierum differri, num. 23.

Item quando ab vno petuntur plures res, seu summa ex diuersis causis, ibid.

Pluribus conuenitis simul proportionibus, sententia prius potest cum aliquibus ferri aliis omissis, quibus nec illa nocet, nec prodest, num. 24.

Super rebus diuersis, & separatim, simul in iudicium deductis, potest Iudex pro parte pronuntiare, & pro alia parte iudicium differre, num. 25.

Idem